



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Designatio Praelatorvm Monasterij Atilensis ad Oenum, quorum nomina  
per diligentem indagationem à fundatione inueniri poturerunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

## DESIGNATIO PRÆLATORVM MONA-

sterij ATILENSIS ad Oenum, quorum nomina per diligentem inda-  
gationem à fundatione inueniri potuerunt.

EGILOLPHVS Abb. vixit circ. an Christi 1177.

PABO.

GYNTHERVS.

HENRICVS, an. 1250.

VDALRICVS, 1257.

HENRICVS, 1285.

SIBOTO, 1289.

VDALRICVS, 1303.

FRIDERICVS, 1326.

VDALRICVS, 1353.

STEPHANVS, 1361.

SEIFRIDVS, 1378.

HEINRICVS, 1385.

HEIDENREICH, 1392.

STEPHANVS, 1406.

IOANNES Käferer, 1433.

GEORGIVS, 1459.

IOANNES, 1465.

MARTINVS, 1498.

RVPERTVS.

HERTINGVS.

LEONARDVS Clamperer ob. an. 1535.

SEBASTIANVS Adler ob. 1547.

BENEDICTVS Hohendanner. 1569.

CONRADVS Auer ob. 1573.

ENGELBERTVS ob. 1606.

CONRADVS Abbas modernus.

## AV ET GARS.

**A**V & Gars Monasteria fundauit juxta Auentinum, in Annal. fol. 552. Conradus Comes à Medling & Frotenuhusen, circa annum 1050. Qui Comites plurabona his Monasteriis dederunt, & multis annis ibidem Aduocati fuerunt. De hac re nihil certi reperitur in prædictis Cœnobiis. Diplomata enim vetera in Gars igne perierunt. verisimile tamen est, initia horum Cœnobiorum satis tenuia fuisse; subinde tamen eleemosynis Nobilium & aliorum piorum, nec non frugali œconomia Prælatorum aucta esse, vt habet peruetustus liber traditionum, vt vocant, in Gars: In quo fit mentio quarundam familiarum, quæ interierunt, & nostro tempore ignotæ sunt. Dubium est Nobiles fuerint nec ne, circa Annum 1100. In antiquis Ecclesiæ Salisburgensis monumentis reperio, principia amborum Monasteriorum ita se habere: Cellam, quæ vocatur Garoz, super ripam Oeni in pago Isanagoe, construxit quidam Clericus, nomine Boso, in honore sancti Petri, Principis Apostolorum, delicentia Tessalonis III. Ducus Bauariae, &c. Hanc Cellam idem Dux cum pluribus aliis prædiis ac censibus donauit Episcopo Salisburgensi, commendans eundem Clericum ad suprà dictum Monasterium, vñā cum ipsa Cella, &c. Fuit autem hic Boso liber homo, qui cum fratre Ioanne ad prædictum Episcopatum quoque tradidit de licentia præd. Ducus in pa-